



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 58. Prælatorum nonnulli ad corrigendos abusus in Ordinem irrepentes selecti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.

A.C. 1563.

„ut vel earum cogitatio horrorem in-  
 „cutiat. Ceterum Regi non modo ver-  
 „bis, sed ipso opere respondere oportebat,  
 „proin paratum responsum eatenus mihi probabitur,  
 „quatenus illi postea opus ipsum brevi consonabit,  
 „nam juxta notum illud carmen: *promissis dives quilibet esse potest*. Ecquidem  
 „Rex Catholicus, Pontifex, & multi  
 „Principes, Gallix opem tulerunt: verum  
 „Rex, Regina, & Regnum præcipuam opem a vobis præstolantur: Percepta  
 „hac oratione Patrum plures censebant, integræ, ac perfectæ emendationis  
 „sanctiones esse edendas, sed plurimi sola voce, *Placet*, responsum comprobant.

## §. LVIII.

*Prælatorum nonnulli ad corrigendos  
 abusus in Ordinem irreperentes  
 selecti.*

*Pallav. l. 20.  
 c. 2. n. 7.*

**I**n eadem Congregatione Cardinalis Mantuanus petiit, ut Patres eligerent nonnullos Præsules, qui corruptelas colligerent, aliaque, quæ Sacramentum Ordinis concernunt, digererent ad conficiendam correctionem, quam Oratores postularant: cum ergo id generatim cunctis placuisset, Patrum delectus Legatis commissus est.

§. LIX.